ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 91v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



uero peccata, iam deserit nec tam̄ plangit. iam quidē humi
liat sed tam̄ conterere cor recusat. Hinc paulus ait.
Et hec quidē fuistis sed abluti estis. s̄ sc̄ificati estis. quia
nimirū illos emendatior uita sc̄ificat. quos ꝑ penitentiā
abluens afflictio fletuum mundat. Hinc petrus cū
quosdā territos malorū suorū consideratione conspice
ret admonuit dicens. Penitentiā agite et baptizetur
unusquisq; ur̄m. Dicturus enī baptisma p̄misit peni
tentie lamenta. ut prius se aqua sue afflictionis in
funderent. et postmodū sacram̄to baptismatis lauarent.
Qua igit̄ mente qui transactas culpas flere neglegunt.
uiuunt securi de uenia. quando ipse summus pastor
ecclesie huic etiā sacram̄to addendā penitentiā credi
dit. qd̄ peccata principalit̄ extinguit. xxxii.

Aliter admonendi sunt qui inlicita que faciunt etiā
laudant. atq; aliter qui accusant praua nec tam̄
deuitant. Admonendi enī s̄ qui inlicita que fa
ciunt etiā laudant. ut considerent qd̄ plerūq; plus
ore quā opere delinquant. Opere nam ꝑ semetipsos
solos praua ꝑpetrant. ore aut̄ ꝑ tot ꝑsonas iniquitatē
exhibent. quot audientiū mentes iniqua laudantes
docent. Admonendi ḡ s̄ ut si eradicare mala dissimu
lant. saltim seminare ꝑtimescant. Admonendi s̄ ut eis
ꝑditio priuata sufficiat. Rursumq; admonendi sunt